

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Tribulatio x  
cum fonte primo

Nemo quantum profecerit nisi  
inter aduersa cognoscit

quia unusquisque superni doni  
graciam in tranquillitate quietis percipit,  
sed quantum percepit, in aduersitate  
perturbationis ostendit.

Gregorius ibidem (libro XXIII.  
moralium).

Nemo quippe quantum profecerit nisi  
inter aduersa cognoscit.

Cum enim adsunt prospera, cerni uirium  
documenta non possunt. Vnde alias  
scriptum est: *In die mandauit Dominus  
misericordiam suam et nocte declarauit;*  
quia uidelicet unusquisque superni doni  
gratiam in tranquillitate quietis percipit,  
sed quantum percepit, in aduersitate  
perturbationis ostendit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 23,  
26 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,  
p.1185, ll.9-14).